UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Res à S. Ignatio Loiola Societatis Iesv Parente Gestæ

Ribadeneyra, Pedro de

Coloniae, 1622

Vocatur in quæstionem. 79

urn:nbn:de:hbz:466:1-44900

Visual Library

inualeſceret: quę hoc etiam vehe-
mentius auxerat, cùm eum veſte
viderent ſimplici ac plebeia con-
tentum, nudis pedibus incedere:
ad hæc, in ſimili ferè ornatu tres
eius commilitones ſpectari. Hi
erant, qui cum adoleſcente Gallo,
vt ſub ipſo mererẽt, diuinitus ani-
mũ induxerant: qui inde omnes,
Hiſpanis iocãtibus, velut à vilio-
ri lacerna nomẽ ſortiebantur. Sed
in varijs hominum ingenijs, affe-
ctus alijs aliud de IGNATIO ſenti-
endi loquẽdiq; argumentũ mini-
ſtrabat. 79 Ex his fuêre qui neceſ-
ſarium dicerent, quęſtiones ſuper
ſcitis ac morib. ipſiꝰ haberi. Quæ-
ſitorem placuit eſſe Ioannem Fi-
gueronum, qui Põtificis tum To-
letani vicẽ ſumma cum poteſtate
curabat: poſt Caſtellanis Præfectũ
vidimus. Is nauiter Prouinciam
adit: omneſque IGNATII rationes
curioſa diligentia ſcrutatus, no-
uiſſi-

uiſſimè reperit, neque rem eſſe neq; vocem, quàm notare cenſura poſſet. 82 Eius tamẽ experiũdi cauſſa, aliquid purgandis ſuſpicionibus conceſſum eſt; vt in carcerem poſtea datus, ipſos duos & quadraginta dies detineretur. Quod magna ille quidem alacritate tolerabat, vt qui innoxium ſe ipſe ſciret; dudumq́ue appetiiſſet, Chriſto ſuum olim in vincendis iniurijs amorem approbare. At multi tamen erant, haud infimo loco viri, qui ſuam illi operam gratificaturos oſtendebant; prompti ſi qua cuperet, vinculis eum liberare. Quibus id ille permiſſurum ſe audacter negabat; neq; ſi ſuam procurare cauſſam, aut pro ſe aduocare vellent, conceſſurum: nullo patrono indigere eum exiſtimans, quem iudex animus abſoluiſſet: tum etiam, quòd à magiſtratu doceri cupiebat,